

136

Lib. I. Cap. VIII.

scribit, si tamen idiscursus practicus instituitur, ubi conclusio formaliter est practica, hic actus licet in se sit speculativus, concurrat ad eandem inferendam, e. g. *Quicquid est virtus, si opera danda est. Iustitia est virtus, E. iustitia opera danda est*: in hoc discursu practico minor est virtualiter practica quia concurrat ad conclusionem hanc, *iustitia opera danda est*, tanquam formaliter practicam, inferendam.

21. Habitus 2. dividitur in acquisitum & infusum.

22. Acquisitus est, qui obtinetur per precedentes crebriores actus, e. g. Logica, Physica.

23. Nota 1. Perinde est, siue hi actus, quibus obtinetur habitus acquisitus, eliciantur viribus naturæ, siue speciali Dei concursu, semper enim est habitus acquisitus.

24. Habitus infusus dicitur, qui obtinetur sine ullo precedente actu, e. g. habitus linguarum in Apostolis.

25. Nota: Cum dicitur sine ullo precedente actu; per hoc excludi omnem actum, siue viribus naturæ, siue speciali Dei concursu eliciatur, ubi enim præcedit actus, qualiscunque tandem fit, ut per illum obtineatur habitus